

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 50. *Solicitudo Pontificis in repellendis Turcis*

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

dequ
ad hor
us
andu
occa
es, u
ndum
e per
open

rcis

caufl
n im
n el
e sol

Au
runt
onni
a di
li in
e op
a se
com
a fer
ode
cæ
acta
emet
archi
Archiepiscopus, qui quamvis viribus ex-
haustus, ac multo senio pressus esset, sa-
cratissimum tamen Crucis lignum manu
tenens Christianos ad fidei constantiam
adhortabatur, demum vero serra lignea
in duas partes dissectus obiit: ita rem
narrant Scriptorum nonnulli, licet illum
alii vivum pelle exutum tradant. Edu-
cebantur ex urbe alii circiter octingenti
Christiani, qui omnibus spoliati vesti-
bus, cum potius mortem oppetere, quam
fidem Christi abnegare vellent, in parva
valle, quæ deinceps Martyrum vallis vo-
cata est, trucidati sunt.

Sæcul. XV.

A.C. 1480.

Hydrunti expugnatio tantum terro-
rem universæ Italæ attulit, ut illam de-
serendi magis quam propugnandi om-
nium esset sollicitudo, additque Bonfi-
nius, ipsum Pontificem Roma in Gallias
se recipere statuisse, mox tamen animo
erectum, depulso metu opportuna adhi-
buisse media, ut Ecclesiæ ditiones tueri,
ac subditorum securitati consulere posset.

Bonfin. 4.
decad. 6.

§. L.

*Sollicitudo Pontificis in repellendis
Turcis.*

Hanc ob rem Papa Florentinos in gratiam *Brutus his.*
recepit, ut supra vidimus; Ferdinandus *For. 1. 7.*
dum etiam Neapolis Regem admonuit, *Onuphrius*
ut Alfonsum filium suum ab Etruria *in Sixt. IV.*
Eist. Eccles. Tom. XXX. E revc-

Sæcul. XV. revocaret; denique Imperatorem, ac Reges & Principes ad opem Christianis fermentam hortabatur, & viginti quatuor triremes, quas in subsidium Rhodiensem Equitum paraverat, impigro studio, omnique diligentia in Apuliam transvehil jubebat. Insuper Principes & Prælatos quantocius Romam venire rogavit, ut de mediis pro tuenda Religione opportunis una omnes communi consilio delibera rent. Hæc sollicitudo eo magis ad cohibendos Turcarum progressus necessaria erat, quo furiosius Bassa Achmetes, occupatis nonnullis urbibus, totam oram Adriatici maris incursionibus infestaret, ac sacram quoque ædem La retanam deprædari moliretur. Verum Achmetes ad solum Christianæ classis conspectum ingenti repente terrore correptus, pedem quam citissime referre statuit. Ceterum Hydrunti ab infidelibus capti historiam Antonius de Ferraris italo sermone descripsit, quam Michael Martianus Anno Domini millesimo sexcentesimo duodecimo latine reddidit.

§. LI.

Ioannis Dlugoffi Scriptoris Poloni obitus.

Michov. l. 4

c. 72.

Cromer. l. 29

Revocant ad hunc annum Auctores Poloni obitum Joannis Dlugoffi, qui